

## Psalmus responsorius

Ps 102, 1-2. 11-12. 19-20ab (R̄.: 19a)

R̄. Dóminus in cælo parávit sedem suam.

vel:

Allelúia.

<sup>1</sup> Bénedic, ánima mea, Dómino,  
et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

<sup>2</sup> Bénedic, ánima mea, Dómino,  
et noli oblivísci omnes retributiónes eius. R̄.

<sup>11</sup> Quóniam, quantum exaltátur cælum a terra,  
præváluit misericórdia eius super timéntes eum;

<sup>12</sup> quantum distat ortus ab occidénte,  
longe fecit a nobis iniquitátes nostras. R̄.

<sup>19</sup> Dóminus in cælo parávit sedem suam,  
et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

<sup>20</sup> Benedícite Dómino, omnes ángeli eius,  
poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus. R̄.